

AD LECTOREM

Tabula enim cuiusque artis propria, non aequali significato, ab omnibus scientiarum assuetis usurpari solent, recte non usurpata. facile in errores abeunt. Hinc operis hujus verba, proximis constellationibus passim apposita incautum pessimè decipiunt; nec enim Alphrad navis scuto, nec Aben Ezra Agitatori, sed hoc levo bovis oculo, illud lucidæ Hydrae convenit. Una etiam significatione, plures aliquando appellantur siderationes: cum Sirio & Procyone Perseus canis; Spica cum Arcturo Azimech; Lyra cum Milvio vultur cadens denominatur: Similia offendens plura, qua certè ad veritatem indagandam, majorumque scriptorum dicta perspicienda, multum prodesse possunt. In effingendis asterismorum imaginibus, quantum fieri potuit, veterum depinximus ornatum, cultumque antiquitatis amatoribus, forsitan peracceptum, & idoneum; hinc poetarum quorundam deprebens dens argutias, temporum locorumque descriptiones, aliàs longissimis obductis periodis, elicies, nullo denique labore Rom. Imp. secula, cum hodierna rerum vicissitudine comparabis. Sunt Tabulae secundum recentiorum opinionem duodequinginta, in quibus integra, & saepius quoque terminantia aspicias sidera, sine & cum delineatione, formæ cujuslibet certæ. Effigiatã si cognoscere nescis stellationem, sine imagine solis descriptam stellis aggredere, faciem totam, eadem quæ cælum, charta tibi hæc subministrabit, positione; modo etiam compendiosiori, cum primis studiosis, varias cognitionum gratiã regiones, obeuntibus, accommodatiori, cum nullã fermè difficultate, ab una in aliam debebantur Academia; Sphæris seu globis magno pretio coemptis, nec dum aptè (ut plerumque solet,) accommodatis idem efficere ne quidem datur. Tres continet partes, Borealem, Zodiaci, Austrinam, Circulos quinque parallelos, quorum extremi sunt Arcticus, & Antarcticus, utrinque sequentes Tropici, Æstivus Canci, Brumalis

B

Capri-